

Mythologia, Venise, 1567 - X [29] : De Proserpina

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[29\] : De Proserpina](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre III

[Mythologia, Venise, 1567 - III, 16 : De Proserpina](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[29\] : De Proserpine](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[29\] : De Proserpine](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - X [29] : De Proserpina, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/977>

Copier

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination293v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Proserpine](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

præcepta fabularum, nihil propè dissentiant à veris Christianæ religionis institutis: nisi quod illi sub fabulosis hæc occultarūt, quæ nos habemus aperta & manifesta.

De Hecate.

CUM vellent autem demonstrare omnibus necessario esse moriendum, neque posse quenkum Dei voluntatem effugere, aut ab eo statutum diem præterire, Hecaten Iouis filiam & Aferix fixerunt esse; quæ credebatur vis esse per astra descendens & occultè agens diuinitus in corpora hæc inferiora, ab his qui Iouem omnia regere putarunt, & omnibus moderari, vnde omnia proficiscerentur. quamvis alii fatorem cuiusque esse ordinem ac vim existimarent, quæ diuinitus in corpora mortalia funderetur; quam, cū nulli esset cognita, Noctis filiam crediderunt.

De Somno.

ENIMVERO ne obliuisceremur Somnum morti esse simillimū, atque omnia quæ dormiunt interire etiam aliquando solere, Somnum Deum esse antiqui tradiderunt Mortis fratrem: atque Somnus ille suauissimus dicitur, qui morti sit perquam similis. non enim solum ad recuperandas vires à Deo hunc datum esse animalibus dixerunt sapientes, sed etiam vt admoneremur quotidie quod mortuorum sumus imagines.

De Proserpina.

AD explicandam vero seminum plantarumque omnium naturam Proserpinæ signenta antiqui introduxerunt; quæ sex menses esset sub terra, & totidem supra terram. Sic enim diffundi virtutem plantarum, sex menses in ramos ob frigus subterraneum significabant, cum ab hyemis frigore superiore & circūstante virtus earundem plantarum intra terram includatur. nam sic natura suas vires omnibus animalibus, naturalibusque corporibus impertit, vt alterne exerceant. quippe cum dies etiam negotiis agendis, nox quietis causa concessa sit.

De Luna.

LVNAE naturam præterea viresque, explicantes illam filiam Hyperionis siue solis dixerunt, quia cum corpus sit diaphanes, tanquam speculum lumen à sole acceptum rursus in terras ad nos transfundit. atque eadem de causa solis soror etiam dicta est. per cursum celeritatem motus proprii indicarūt. ad exprimendam naturam, quia semper vel maior vel minor quotidie fieret, variorum colorum vestes illi tribuerunt. ad explicandas vires, hanc eandem marem & feminam dixerunt, quia vt femina, humore præbeat vtilem animalium nutrimento, atque eadem colorem vni sensim infundat, qui plurimum conferat ad incrementum: nam sine hoc ipso calore inutilis eius opera esset omnino putanda, vt autem quantum possit manifestum fiat, argumento sunt eo, quæ pertinent ad partus prægnantium animalium; quæ vim
Lunæ